



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1714**

Q. 52. An sint aliqua tempora, quibus actus conjugalis specialiter sit illicitus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42682**

319. §. 4. Si alterutri conjugii superveniat impotentia sine spe copulæ, putant *Sanch.* l. 9. d. 17. 21. & *Avers.* q. 21. f. 8. licere illis tactus, sed quatenendum sit colligetur ex dicendis à nu. 33. est enim duplex sententia satis probabilis circa hoc.
320. Q. 52. An sint aliqua tempora, quibus actus conjugalis specialiter sit illicitus. R. Colligetur ex §. 1. Specialiter prohiberi die, quo conjugii benedictionem Matrimonii susceperunt, videtur asserere aliqua Concilia particularia apud *Rayn.* in *Heter.* tom. 16. f. 1. pu. 14. n. 35. quæ reverentia videtur exigere, ut quo die corpora benedicta sunt, non dehonestentur eo actu. *Rayn.* positum probabilius tenet cum communi. *Rayn.* actus enim ille est honestus, & potest esse mortuarius: benedictio autem physicè transit, sicut moraliter tantum existens cras non impedit illum usum, ita nec hodie.
321. §. 2. Per se loquendo licitum esse die Communionis habere usum Matrimonii, dicitur l. 6. p. 1. n. 550. R. 1. Et ea, quæ can. 1. & sequenti causâ 33. q. 4. referuntur ex *S. Hiero.* de abstinendo die Communionis; ex *S. Aug.* *S. Th.* in *1. 2. q. 64. a. 5.* aliisque apud *Tiraq.* ad l. 15. c. 1. nub. à n. 112. de abstinendo diebus festorum processionum; ex *S. Ambr.* diebus jejuniorum &c. *Scot.* *Navar.* *Henriq.* *Sanch.* *Côn.* aliique plurimum cum *Avers.* q. 21. f. 6. dicunt esse consilii, & ea quæ sub forma prohibitionis dissuadeantur, ut in simili notat *Glossa* ad Cap. *Ad ejus.* 4. dist. 5. videndum est per accidens ideo peccari, si prohibita per hoc impediatur. v. *Rayn.* num. 1. in fine.
322. §. 3. Tempore fluxûs, qui omni mense

at imp  
o. d. 17  
sed qu  
nu. 33  
bilis ar  
actur  
r ex lo  
conjug  
nt, vid  
ria ap  
35. co  
e corpe  
actu  
uni B  
esse me  
nfiit  
on imp  
die Com  
dictum  
& fec  
de ab  
Th. in  
15. co  
storum  
junior  
ne pl  
i, & ab  
uti in  
vel  
si p  
num.  
ense re  
lam

riter accidit foeminis, illicitam esse copulam,  
docent S. Th. Gabr. Turrecr. & alii, nam Cap. fin.  
dicitur: cum in consuetis mensuris detinen-  
tor ovares, viris suis misceri prohibentur. Et id pro-  
hiberi sub mortali, tenent Scot. S. Bonav. Rosell.  
Soc. veniali, S. Anton. Caj. Sor. Bonac. quia teste  
Boudevv. p. 2. q. 15. est periculum aliquod infe-  
ctionis viri & prolis monstrosæ gignendæ. At-  
tamen occurrente justâ causâ, v. g. ab pericu-  
lo incontinentiæ, nullum, per se loquendo,  
est peccatum, docent Nav. Sanch. Pont. Côn. &  
alii cum Avers. q. 21. l. 6. nam suprâ Cap. fin.  
peccatum refertur prohibitio antiquæ legis, quæ  
nunc non obligat, periculum autem infectionis  
vel monstrositatis rarum est. Et huic proli sim-  
plicitè melius est esse, quàm non esse. Imò Lu-  
dar. Gayon in variis lection. l. 3. c. 22. fusè con-  
trarie sanguinem menstruatam nihil maligni  
habere: Deum autem prohibuisse coitum cum  
menstruata, eò quòd sanguis menstruus ni-  
hil crudus & frigidus, esset in matrice im-  
pediturus generationem. Suadendum tamen  
omnino est expectari post menstrua, quod tem-  
pus Medici notant esse aptissimum generationi,  
eo expurgatum & reclusum uterum, ideòque  
difficiliter concipientibus suadent tum coitum.

§ 4. Quando alteruter conjux laborat go-  
norrhæâ, id est, profluvio seminis, quod effluit  
voluntariè & sine ulla imaginatione, soletque  
in mulieribus esse fluor albus, tunc tenentur  
abstinere, quia sunt in proximo periculo tabis  
et mortis, nisi sistant profluvium, ergo peccant  
magis irritando, Boudevv. suprâ. Si tamen mor-  
bus diu duraret, & esset proximum periculum  
incontinentiæ, præstaret mederi animæ quàm

E. I.  
2. 0.  
A. mor.  
Claudi  
a Crox  
om VIII  
C. A.



corpori: quod magis admittit *Sanch. n. 9.* si fluxum seminis patiatur.

324. §. 5. Quamvis absit periculum abortus, quod communiter abest, tamen copulam esse illicitam, quando mulier est gravida. videntur dicere SS. *Ambr. Aug. Isid.* apud *Sanch. l. 9. d. 22. n. 40.* Speciatim *S. Hieron. relatus Cap. Origo. 5. causa 32. q. 4.* Attamen non esse mortale docet *S. Th. Alb. M. & Doctores omnes, teste Sanch. n. 6. & Avers. q. 2. f. 6.* concludunt cum aliis, per loquendo, nequidem veniale esse, quia Matrimonium etiam est in remedium concupiscentia, cum autem uxores magnam temporis partem gravidæ sint, nimis periculosum esset sub peccato obligari tanto tempore abstinere.

325. §. 6. Statim post partum coire, antequam mulier physicè purgata sit, putant aliqui, ut *Boudevv. supra* esse mortale, quia vel non concipiet, sed solvetur vis retentrix omnis cum gravissimo periculo uxoris, vel concipiet, & coarctatus uterus pessimos humeros continet, erupturos in gravissima incommoda. Alii dicunt esse veniale tantum, quia non credunt esse tanta incommoda: *Sanch. n. 11. & alii Avers. q. 21. f. 6.* concludunt, si nullum malum immineat grave incommodum, nullum fore peccatum, quod enim communiter additur *Cap. fin. dist. 5. Nisi purgationis tempus prius fuerit, mulieres viris suis non debent admisceri; id est filii esse notant Avers. & alii.* Attamen plane suadendum est, & credendum Medicis in arte peritis, quod inde eveniant incommoda uxori.

§. 7. Dum mulier lactat, copulam sub mor-  
 tali illicitam putarunt aliqui, sed etiam tum li- 326.  
 citam esse, habet communis cum *Sanch. n. 15.*  
*Pon. Avers. supra*, nisi per hoc redderetur impo-  
 tens lactare, nec posset aliter nutrire prolem,  
 nam quod habetur *Cap. Ad ejus 4. dist. 5.* ut ab-  
 stineant à concubitu mulieris, quamdiu lactat,  
 censendum est esse consilii, hinc *Glossa* ibidem  
 etiam notat aliquos exponere, quòd talia sub  
 forma prohibitionis dissuadeantur. Attamen  
 quia plures Medici dicunt lac per hoc fieri per-  
 niciosum proli, meritò dissuadetur; & ideo eti-  
 am Nobiles, qui petunt nutrices pro prolibus  
 suis, solent quærere viduas, aut si admittant  
 uxoratas, monere solent, ut abstineant à com-  
 mercii maritorum.

§. 8. Notat *Sanch. l. 9. d. 24. n. 4.* statim post 327.  
 prandium habere copulam, nocere valetudini,  
 nempeque Medicus virum in phthisin incidisse,  
 quia solitus erat post prandium convenire uxo-  
 rem: quod si ita est, uti illicitum est sibi accerse-  
 re morbum lethalem, ita & habere usum con-  
 jugalem, qui talis morbi fit causa.

Q. 57. Quid præterea sit addendum circa peccata con- 328.  
 jugii. R. De his multa habet *Busenb. relatus l. 3.*  
*p. 1. n. 708.* & præter hucusque dicta adde se-  
 quentia.

§. 1. An peccet ille, qui cum constituto in  
 peccato contrahit Matrimonium, dixi l. 6. p. 1.  
 n. 147. Qui autem Matrimonium contrahit in  
 statu peccati mortalis, peccat duplici novo mor-  
 tali, uno, quia indignus ministrat hoc Sacra-  
 mentum, altero, quia indignus suscipit, uti ex-  
 plicavi l. 6. p. 1. n. 93. & p. 2. n. 1119. quidquid  
 contradicant *Rayn. in Heter. tom. 16. f. 1. p. 14.*

Handwritten text on the flyleaf, including:  
 E. I.  
 20.  
 H. mor.  
 Claudi  
 a Crox  
 Om. VIII  
 C. a.